



BOLETIN ECLESIASTICO
DE LOS OBISPADOS DE
SALAMANCA Y CIUDAD-RODRIGO.

SANCTISSIMI DOMINI NOSTRI
P I I
DIVINA PROVIDENTIA
P A P A E I X .
LITTERAE APOSTOLICAE

QVIBVS

*conceditur omnibus christifidelibus indulgentia plenaria in forma
jubilaei occasione Oecumenici Concilii*

OMNIBVS CHRISTIFIDELIBVS PRAESENTES LITTERAS

INSPECTVRIS

PIVS PP. IX.

SALVTEM ET APOSTOLICAM BENEDICTIONEM:

Nemo certe ignorat, Oecumenicum Concilium a Nobis fuisse indictum in Basilica nostra Vaticana die 8 futuri mensis Decembris Immaculatae, Sanctissimaeque Deiparae Virginis Mariae Conceptioni sacro inchoandum. Itaque hoc potissimum tempore nunquam desistimus in humilitate cordis Nostri ferventissimis precibus orare et obsecrare clementissimum luminum et misericordiarum Patrem, a quo omne datum optimum, et omne donum per-

fectum descendit (1) ut mittat de coelis sedium suarum assistricem sapientiam, quae Nobiscum sit, et Nobiscum laboret, et sciamus quid acceptum sit apud eum (2). Et quo facilius Deus Nostris annuat votis, et inclinet aures suas ad preces Nostras, omnium Christifidelium religionem, ac pietatem excitare decrevimus, ut, coniunctis Nobiscum precibus, Omnipotentis dexteræ auxilium, et coeleste lumen imploremus, quo in hoc Concilio ea omnia statuere valeamus, quae ad communem totius populi christiani salutem, utilitatemque, ac maiorem catholicae Ecclesiae gloriam et felicitatem, ac pacem maxime pertinent. Et quoniam compertum est, gratiores Deo esse hominum preces si mundo corde, hoc est animis ab omni scelere integris ad ipsum accedant, idcirco hac occasione coelestes Indulgentiarum thesauros dispensationi Nostrae commissos Apostolica liberalitate Christifidelibus reserare constituimus, ut inde ad veram poenitentiam incensi, et per Poenitentiae Sacramentum a peccatorum maculis expiati, ad Thronum Dei fidentius accedant, eiusque misericordiam consequantur, et gratiam in auxilio opportuno.

Hoc Nos consilio Indulgentiam ad instar Iubilaei Catholico Orbi denuntiamus. Quamobrem de Omnipotentis Dei misericordia, ac Beatorum Petri et Pauli Apostolorum eius auctoritate confisi ex illa ligandi, ac solvendi potestate, quam Nobis Dominus licet indignis contulit,

(1) S. Iac. c. 1. v. 17.

(2) Sapient. cap. 9. v. 4. 10.

universis ac singulis utriusque sexus Christifidelibus in alma Urbe Nostra degentibus, vel ad eam advenientibus, qui a die primo futuri mensis Iunii usque ad diem, quo Oecumenica Synodus á Nobis indicta fuerit absoluta, S. Ioannis in Laterano, Principis Apostolorum, et Sanctae Mariae Maioris Basilicas, vel earum aliquam bis visitaverint, ibique per aliquod temporis spatium pro omnium misere errantium conversione, pro sanctissimae fidei propagatione, et pro catholicae Ecclesiae pace, tranquillitate, ac triumpho devote oraverint, et praeter consueta quatuor anni tempora tribus diebus, etiam non continuis, nempe quarta et sexta feria, et Sabbato ieiunaverint, et intra commemoratum temporis spatium peccata sua confessi Sanctissimum Eucharistiae Sacramentum reverenter susceperint, et pauperibus aliquam elemosynam, prout unicuique devotio suggeret erogaverint, ceteris vero extra Urbem praedictam ubicumque degentibus, qui Ecclesias ab Ordinariis locorum, vel eorum Vicariis, seu Officialibus, aut de illorum mandato, et, ipsis deficientibus, per eos, qui ibi curam animarum exercent, postquam ad illorum notitiam hae Nostrae Litterae pervenerint, designandas, vel earum aliquam praefiniti temporis spatio bis visitaverint, aliaque recensita opera devote peregerint, plenissimam omnium peccatorum suorum, remissionem et Indulgentiam, sicut in anno jubilaei visitantibus certas Ecclesias intra, et extra Urbem praedictam concedi consuevit, tenore praesentium misericorditer in Domino concedimus atque in-

dulgemus, quae Indulgentia animabus etiam, quae Deo in caritate coniunctae ex hac vita migraverint, per modum suffragii applicari poterit.

Concedimus etiam, ut navigantes, atque iter agentes quum primum ad sua se domicilia receperint, operibus suprascriptis peractis, et bis visitata Ecclesia Cathedrali, vel Maiori, vel propria Parochiali loci ipsorum domicilii eandem Indulgentiam consequi possint, et valeant. Regularibus vero personis utriusque sexus etiam in claustris perpetuo degentibus, nec non aliis quibuscumque tam laicis, quam saecularibus, vel regularibus, itemque in carcere, aut captivitate existentibus, vel aliqua corporis infirmitate, seu alio quocumque impedimento detentis, qui memorata opera, vel eorum aliqua praestare nequiverint, ut illa Confessarius ex actu approbatus a locorum Ordinariis in alia pietatis opera commutare, vel in aliud proximum tempus prorogare possit, eaque iniungere quae ipsi poenitentes efficere possint, cum facultate etiam dispensandi super Communionem cum pueris, qui nondum ad primam Communionem admissi fuerint, pariter concedimus atque indulgemus.

Insuper omnibus et singulis Christifidelibus Saecularibus et Regularibus cuiusvis Ordinis et Instituti, etiam specialiter nominandi, licentiam concedimus, et facultatem, ut sibi ad hunc effectum eligere possint quemcumque Presbyterum Confessarium tam Saecularem, quam Regularem ex actu approbatus a locorum Ordinariis (qua facultate uti possint, etiam Moniales, Novitiae, aliaeque

mulieres intra claustra degentes, dummodo Confessarius approbatus sit pro Monialibus), qui eos ab excommunicationis, suspensionis, aliisque ecclesiasticis sententiis, et censuris a iure vel ab homine quavis de causa latis vel inflictis praeter infra exceptas, necnon ab omnibus peccatis, excessibus, criminibus et delictis quantumvis gravibus et enormibus etiam locorum Ordinariis, sive Nobis, et Sedi Apostolicae speciali licet forma reservatis, et quorum absolutio alias quantumvis ampla non intellexeretur concessa, in foro conscientiae, et hac vice tantum absolvere, et liberare valeant; et insuper vota quaecumque etiam iurata, et Sedi Apostolicae reservata (castitatis, religionis, et obligationis, quae a tertio acceptata fuerit, seu in quibus agatur de praeiudicio tertii semper exceptis, quatenus ea vota sint perfecta et absoluta, nec non poenalibus, quae praeservativa a peccatis nuncupantur, nisi commutatio futura iudicetur eiusmodi, ut non minus a peccato committendo refraenet, quam prior voti materia) in alia pia et salutaria opera dispensando commutare, iniuncta tamen eis, eorum cuilibet in supradictis omnibus poenitentia salutari, aliisque eiusdem Confessarii arbitrio iniungendis.

Concedimus insuper facultatem dispensandi super irregularitate ex violatione Censurarum contracta, quatenus ad forum externum non sit deducta, vel de facili deducenda. Non intendimus autem per praesentes super alia quavis irregularitate sive ex delicto, sive ex defectu, vel publica, vel occulta, aut nota, aliaque incapacitate, aut

inhabilitate quoquomodo contracta dispensare, vel aliquam facultatem tribuere super praemissis] dispensandi, seu habilitandi, et in pristinum statum restituendi, etiam in foro conscientiae, neque etiam derogare Constitutioni cum appositis declarationibus editae a fel. rec. Benedicto XIV. Praedecessore Nostro «*Sacramentum Poenitentiae*» quoad inhabilitatem absolvendi complicem, et quoad obligationem denuntiationis, ñeque easdem praesentes iis, qui a Nobis, et ab Apostolica Sede, vel aliquo Praelato, seu Iudice Ecclesiastico nominatim excommunicati, suspensi, interdicti, seu alias in sententias, et censuras incidisse declarati, vel publice denunciati fuerint, nisi intra tempus praefinitum satisfecerint, aut cum partibus concordaverint nullomodo suffragari posse aut debere. Quod si intra praefinitum terminum iudicio Confessarii satisfacere non potuerint, absolvi posse concedimus in foro conscientiae ad effectum dumtaxat assequendi Indulgentias Iubilaei, iniuncta obligatione satisfaciendi statim ac poterunt.

Quapropter in virtute sanctae obedientiae tenore praesentium districte praecipimus, atque mandamus omnibus, et quibuscumque Ordinariis locorum ubicumque existentibus, eorumque Vicariis et Officialibus, vel ipsis deficientibus, illis, qui curam animarum exercent, ut, cum praesentium Litterarum transumpta, aut exempla etiam impressa acceperint, illa, ubi primum pro temporum ac locorum ratione satius in Domino censuerint per suas Ecclesias ac Dioeceses, Provincias, Civitates, Oppi-



da, Terras, et loca publicent, vel publicari faciant, populisque etiam Verbi Dei praedicatione, quoad fieri possit, rite praeparatis, Ecclesiam, seu Ecclesias visitandas pro praesenti Iubilaeo designent.

Non obstantibus Constitutionibus, et Ordinationibus Apostolicis, praesertim quibus facultas absolvendi in certis tunc expressis casibus ita Romano Pontifici pro tempore existenti reservatur, ut nec etiam similes, vel dissimiles Indulgentiarum, et facultatum huiusmodi concessionem, nisi de illis expressa mentio, aut specialis derogatio fiat, cuiquam suffragari possint, nec non regula de non concedendis Indulgentiis ad instar, ac quorumcumque Ordinum, et Congregationum, sive Institutorum etiam iuramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, statutis et consuetudinibus, privilegiis quoque indultis, et Litteris Apostolicis eisdem Ordinibus, Congregationibus, et Institutis, illorumque personis quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis, quibus omnibus et singulis etiamsi de illis, eorumque totis tenoribus, specialis, specifica, expressa et individua, non autem per clausulas generales idem importantes, mentio, seu alia quaevis expressio habenda, aut alia aliqua exquisita forma ad hoc servanda foret, illorum tenores praesentibus pro sufficienter expressis, ac formam in iis traditam pro servata habentes, hac vice specialiter, nominalim, et expresse ad effectum praemissorum, derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

Praecipimus autem, a commemorato die primo Iunii

usque ad diem, quo Oecumenica Synodus finem habuerit, ab omnibus universi catholici Orbis utriusque Cleri Sacerdotibus quotidie addi in Missa orationem de Spiritu Sancto, deque eodem Sancto Spiritu divinum, praeter consuetam Missam Conventualem, Sacrificium fieri in omnibus huius Urbis Patriarchalibus, aliisque Basilicis, et Collegialibus Ecclesiis, nec non in cunctis totius orbis Cathedralibus et Collegiatis Ecclesiis ab earum Canonicis, atque etiam in singulis cuiusque Religiosae Familiae Ecclesiis Regularium, qui Conventualem Missam celebrare tenentur, feria quaque quinta, qua festum duplex primae et secundae classis non agatur, quin tamen haec de Spiritu Sancto Missa ullam habeat applicationis obligationem.

Ut autem praesentes Nostrae, quae ad singula loca deferri non possunt, ad omnium notitiam facilius deveniant, volumus, ut praesentium transumptis, vel exemplis etiam impressis manu alicuius Notarii publici subscriptis, et sigillo personae in dignitate ecclesiastica constitutae munitis, ubicumque locorum, et gentium eadem prorsus fides habeatur, quae haberetur ipsis praesentibus, si forent exhibitae vel ostensae.

Datum Romae apud Sanctum Petrum sub Annulo Piscatoris die 11 Aprilis Anno 1869.

Pontificatus Nostri Anno Vicesimotertio.

N. CARD. PARACCIANI CLARELLI.



Letras Apostólicas de N. S. Padre Pio por la divina Providencia Papa IX, por las que se concede á todos los fieles cristianos indulgencia plenaria en forma de jubileo con ocasion del Concilio Ecuménico.

PIO PAPA IX.

A todos los fieles de Cristo, que las presentes letras vieren, salud y bendicion apostólica.

Nadie ciertamente ignora que Nos hemos convocado un Concilio Ecuménico que ha de dar principio en nuestra Basílica Vaticana en el dia 8 del próximo mes de Diciembre, consagrado á la Inmaculada Concepcion de la Santísima Virgen Maria Madre de Dios. Así pues, principalmente en este tiempo no cesamos de dirigir en la humildad de nuestro corazon fervorosísimas preces y pedir al clementísimo Padre de las luces y misericordias, de quien descende toda dádiva escelente y todo don perfecto, que envíe de sus santos cielos la sabiduría que asiste á su Trono, para que esté, trabaje con Nosotros y sepamos lo que le es agradable.

Y para que mas fácilmente acceda Dios á nuestros ruegos y oiga benigno nuestras preces, hemos determinado escitar la religion y piedad de todos los fieles cristianos, á fin de que uniendo sus ruegos á los nuestros imploremos todos el auxilio de la diestra del Omnipotente y la luz celestial, para que podamos en este Concilio establecer todo aquello que tienda mas á la salvacion y utilidad de todo el pueblo cristiano, y á mayor

gloria, felicidad y paz de la Iglesia Católica. Y porque es bien sabido que las súplicas de los hombres son mas gratas á Dios si se acercan á Él con un corazon limpio, esto es, con el alma libre de toda culpa, hemos determinado abrir con apostólica liberalidad en esta ocasion á los fieles de Cristo el tesoro celestial de indulgencias que se ha confiado á nuestra dispensacion, para que movidos á una verdadera penitencia y purificados por el Sacramento de la Penitencia de las manchas de los pecados, lleguen con mas confianza al Trono de Dios y consigan su misericordia y los oportunos auxilios de la gracia.

Con este designio anunciamos á todo el Orbe Católico una indulgencia en forma de jubileo; Por lo cual, por la Misericordia de Dios Omnipotente, apoyados en la autoridad de sus Bienaventurados Apóstoles San Pedro y San Pablo, y en virtud de la potestad de atar y desatar, que aunque indignos, Dios Nos ha comunicado, concedemos misericordiosamente en el Señor, al tenor de las presentes, á todos y á cada uno de los fieles cristianos de uno y otro sexo que viven en nuestra Ciudad de Roma ó vengan á ella, y que desde el primer dia del próximo mes de Junio hasta el en que terminare el Concilio Ecu-
ménico por Nos convocado visitaren las Basílicas de San Juan de Letran, del Príncipe de los Apóstoles y de Santa Maria la Mayor, ó dos veces alguna de ellas y allí por algun tiempo oraren devotamente por la conversion de los pecadores, por la propagacion de la Santa fé, y por

la paz, tranquilidad y triunfo de la Iglesia Católica, y además de las cuatro témporas del año ayunaren tres dias, aunque no continuados, á saber: en el miércoles, viernes y sábado, y dentro de este tiempo confesaren sus pecados y recibieren reverentemente el Santísimo Sacramento de la Eucaristía y dieren á los pobres alguna limosna segun les dicte su devocion; y á todos los demás que viven fuera de Roma que visitaren en dicho tiempo las Iglesias que los Ordinarios, sus Vicarios ú Oficiales, ó por su mandato y á falta de estos aquellos que ejerzan allí la cura de almas, designen despues que llegaren á su noticia estas nuestras letras, ó visitando dos veces alguna de ellas, y practicaren devotamente las demás obras espresadas, plenísima remision é indulgencia de todos sus pecados como se acostumbra á conceder en año de jubileo á los que visitan determinadas Iglesias, dentro y fuera de Roma; cuya indulgencia podrá tambien aplicarse por modo de sufragio á las ánimas que hayan salido de esta vida unidas á Dios en caridad.

Concedemos tambien que los navegantes y caminantes que practicaren, cuanto antes se restituyan á sus hogares, las precitadas obras y visitaren dos veces la Iglesia Catedral ó mayor, ó la parroquial propia de sus domicilios, puedan conseguir la misma indulgencia. A las personas regulares de uno y otro sexo aunque vivan perpétuamente en clausura y á cualesquiera otras, así legas, como seculares y regulares, y tambien á los que estén en las cárceles ó en cautiverio, ó imposibilitadas

por alguna enfermedad corporal ó por cualquier otro impedimento de practicar dichas obras ó alguna de ellas, concedemos igualmente que les puedan ser conmutadas en otras de piedad, ó diferidas para otro tiempo próximo por algun Confesor aprobado por los Ordinarios, y sustituidas por aquellas que los mismos penitentes puedan hacer; con facultad tambien de dispensar la comunión respecto de los niños que aun no hubieren sido admitidos á la primera.

Tambien concedemos licencia y facultad á todos y cada uno de los fieles cristianos seculares y regulares, de cualquier órden é instituto, aun del que se hubiera de hacer especial mencion, para que á este efecto puedan elegir á cualquier Presbítero Confesor secular ó regular de los aprobados por los Ordinarios (de cuya facultad puedan usar las religiosas, novicias y otras mujeres que viven en clausura, con tal que el Confesor esté aprobado para religiosas) que pueda tan solo por esta vez absolverles *in foro conscientie* de cualquiera escomunion, suspension y otras sentencias eclesiásticas en que por cualquiera causa hayan incurrido, y censuras *á jure vel ab homine* menos las abajo esceptuadas, y tambien de todos los pecados, escesos, crímenes y delitos, por graves y enormes que sean, aun de los reservados con forma especial á los Ordinarios ó á Nos y á la Silla Apostólica, y cuya absolucion, aunque por otra parte amplia, no se entenderia de otro modo concedida; y además conmutar dispensando en otras obras piadosas y saludables cualesquiera votos aun jurados y reservados á la Silla Apostólica (esceptuando siempre el de castidad, religión

y obligacion que hubiera sido aceptada por otro, ó en los que se trate de perjuicio de tercero, siendo estos votos perfectos y absolutos, y tambien los penales que se llaman *præservativa á peccatis*, á no ser que la conmutacion se haga en obras que contengan de cometer pecado no menos que la primera materia del voto) imponiéndoles en todos estos casos una penitencia saludable y otras obras al arbitrio del mismo Confesor.

Igualmente concedemos facultad para dispensar de la irregularidad en que se incurra por violacion de censuras en cuanto no haya pasado ó pueda pasar fácilmente al fuero externo. No es nuestra intencion sin embargo dispensar por las presentes sobre cualquiera otra irregularidad ya por delito ó por defecto pública ú oculta ó conocida ó de otra incapacidad ó inhabilidad de cualquier modo contraida, ni conceder facultad para dispensar sobre dichas cosas ó habilitar y volver á su primer estado, aun en el fuero de la conciencia, ni tampoco derogar la Constitucion con sus declaraciones dada por nuestro predecesor de feliz memoria Benedicto XIV que empieza *Sacramentum pœnitentiæ* en cuanto á la inhabilidad de absolver al cómplice y á la obligacion de denunciar, ni que las presentes puedan ó deban de modo alguno sufragar á aquellos que estén por Nos ó por la Silla Apostólica ó por algun Prelado ó Juez Eclesiástico nominalmente excomulgados, suspensos, entredichos ó declarados de haber incurrido en otras penas y censuras ó hayan sido denunciados públicamente sino han satisfecho ó convenido con las partes dentro del tiempo prefijado. Pero si dentro de este término no pudieren satisfacer á juicio del Confesor, concede-

mos el que puedan ser absueltos *in foro conscientiae* tan solo para el efecto de conseguir las indulgencias del jubileo, imponiéndoles la obligacion de satisfacer cuanto antes puedan.

Por lo que en virtud de santa obediencia al tenor de las presentes mandamos á todos y cualesquiera Ordinarios de todo el Orbe, á sus Vicarios y Oficiales, y en su defecto á los que ejercen la cura de almas, que cuando reciban las presentes letras, sus copias escritas ó impresas y juzgaren mas conveniente en el Señor por razon del tiempo y del lugar, las publiquen y hagan publicar en sus Iglesias y Diócesis, Provincias, Ciudades, pueblos, aldeas y lugares, y preparados los fieles en cuanto pueda ser por la predicacion de la palabra de Dios, designen la Iglesia ó Iglesias que han visitar para ganar el presente jubileo.

No obstante las Constituciones y Ordenaciones Apostólicas especialmente por las que de tal modo se reserva la facultad de absolver en ciertos y en ellas espresados casos al Romano Pontífice, que por entonces lo fuere que á ninguno puedan sufragar semejantes ó desemejantes concesiones de indulgencias y facultades á no mencionarse espresamente ó hacerse especial derogacion: la regla de no conceder indulgencias *ad instar*: los estatutos y costumbres, privilegios é indultos de cualesquiera Ordenes y Congregaciones ó Institutos, aun confirmados con juramento, ó por autoridad Apostólica ó por cualquiera otra: y las letras Apostólicas concedidas á las mismas Ordenes, Congregaciones é Institutos, y á sus personas, aprobadas é innovadas, sobre las cuales y

cada una de ellas y todos sus tenores se hubiera de hacer especial, específica, espresa é individual mencion y no por cláusulas generales que importan lo mismo, ó se hubiera de espresar de otro modo, ú observarse para ello alguna otra escogida forma, teniendo por suficientemente presentes sus tenores y por observada la forma en ellos establecida, los derogamos por esta vez al efecto de las precedentes, especial, nominal y espresamente, sin que nada obste en contrario.

Mandamos tambien que desde dicho dia primero de Junio hasta el en que termine el Concilio Ecuménico se añada todos los dias en la Misa la oracion *de Spiritu Sancto* por los Sacerdotes de uno y otro Clero de todo el Orbe Católico y que además de la Misa conventual se celebre otra *de Spiritu Sancto* en todas las Iglesias Patriarcales de esta Ciudad, y en las demás Basílicas y Colegiatas y tambien en las Iglesias Catedrales y Colegiatas de todo el mundo por sus Canónigos y en cada una de las Iglesias de regulares de cualquier religion que sean y estén obligadas á celebrar Misa Conventual, en todas las ferias quintas que no estén impedidas con fiesta doble de primera ó segunda clase, sin que esta Misa *de Spiritu Sancto* imponga obligacion alguna de aplicacion.

Para que estas nuestras letras que no pueden ser llevadas á todos y cada uno de los lugares, lleguen con mas facilidad á noticias de todos, queremos que á sus copias ó ejemplares impresos suscriptos por mano de algun Notario público y selladas con el de alguna persona constituida en dignidad se dé por todos y en todos los lugares la misma fé que se daria á las presentes si les fuesen presentadas ó manifestadas.

Dado en Roma en San Pedro bajo el Anillo del Pescador dia once de Abril de mil ochocientos sesenta y nueve, año vigésimo tercio de Nuestro Pontificado.—N. Card. Paracciani Clarelli.

En debido cumplimiento de lo que se previene en las letras preinsertas de Nuestro Santísimo Padre el Papa Pio IX, todos los Sacerdotes residentes en esta Diócesis y la de Ciudad-Rodrigo, tanto seculares como regulares, añadirán en las Misas desde 1.º de Junio próximo hasta que termine el Concilio Ecuménico la oracion del Espíritu Santo; y en la Santa Basílica Catedral de esta Ciudad y en la de Ciudad-Rodrigo se celebrará además de la Misa Conventual otra del Espíritu Santo durante el mismo tiempo en la feria 3.ª de cada semana, no impedida con fiesta doble de 1.ª ó 2.ª clase; dejando libre la aplicación. Los Párrocos y Eónomos darán la debida publicidad á las anteriores letras apostólicas, á fin de que todos sus feligreses tengan de ellas el conocimiento necesario: y para cuando les hayan bien preparado en cuanto á ser pueda con la predicacion de la divina palabra, lo que deberán verificar en los dos Domingos inmediatos al en que hayan recibido esta nuestra circular, designamos para visitarse al efectó de ganar el presente Jubileo en esta Ciudad, las Iglesias de la Santa Basílica Catedral y la de S. Esteban; en la de Ciudad-Rodrigo, la Santa Iglesia Catedral y la de S. Isidoro; en la Villa de Alba de Tórmes las parroquias de S. Juan y de S. Pedro; en la de Ledesma, las de Santa Maria la Mayor y S. Pedro, y en las demás Villas y pueblos de ambos Obispados, las Iglesias parroquiales, y Conventuales de religiosas si las hubiere.

Salamanca 26 de Mayo de 1869.—*Fr. Joaquin*, Obispo de Salamanca y Administrador Apostólico de Ciudad-Rodrigo.—D. S. B.—Por mandado de Su Señoría, *Dr. Ramon de Iglesias y Montejo*, Secretario.